Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae
Samogitiae Livoniae Smolensciae, Czernichoviaeq. Nec non Suecorum Gottor. Vandalorq. Haeres Rex

Significamus praesentibus literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quia Nos rationibus Generosi Francisci de Buy Capnei Dersavien. Excubiarum Generali Praefecti Collonelli Nri, quam optime consulere cupientes, permisimus concessimusq. ipsi prout permittimus concedimusq. praesentibus literis Nostris plenariam et omnimodam ipsi facultatem dantes Capneatus Dersavien. dictum in Palatin. Pomeraniae iacen. in possone praefati Gnosi de Buy existen. cum universis praedicti Capneatus Dersavien. attinen. et pertinen. fructibusq. ad eundem spectan. ad decursum trium Annorum continue sese concomitantium in personam Gnosi Henrici de bealieu Colli Nri in Arendam Locare, Locationisq. seu arendae istius Contractus et inscriptionis, ac intercisas quasvis coram quibusvis actis authenticis Regni facien. et recognoscen. Quem quidem Contractum locationis, et inscriptionem Arendae postquam ad effectum suum deducta fuerit Nos ratam et gratam habituri sumus, uti eam quae praevio Consensu Nro peragetur. Ita tamen ut subditi Nri ad insolitos Labores ac onera non adigantur. Aedificia sarta tectaq. conserventur neq. bona eiusdem Capneatus deterioris conditionis afficiantur. Iuribus Nostris Regalibus Reipub. salvis manentibus. In cuius rei fidem praesentes manu Nra subscrias Sigillo Regni communiri iussimus Datum Varsaviae Die XXVI Mensis Augusti Anno Domini MDCLXV Regnorum Nostrorum Poloniae et Sueciae XXI Anno.

Joannes Casimirus Rex



Consensus Gnoso Francisco de Buy Capneo Dersavien. Excubiarum Gnali Praefecto Collonello Nro arendandi Capneatum Dersavien. in person. eiusdem praedicti Gnosi Henrici de bealieu Colloni Nri

6

Joannes Wolowski Canonicus Culmensis
Sec. [illegible]

95